

Flexus alius 43 : 48 0  
 Alia flexio 44 40 : 45 40  
 Alia conuersio 45 : 45  
 Alia 45 : 44 30  
 Diuertigium Abisti flu. cum Danubio 46 : 44 15  
 Postea Danubius flectitur ad Austrū  
 Diuertigiū Catarabonis fluuij, qui ad  
 Daciam fertur 49 : 43 30  
 Pars quæ iuxta diuertigium est, Adlu-  
 tan amnis, qui ad Septentrionē cum  
 impetu uectus Daciam diuidit 50 : 44 0  
 Flexio iuxta Oestum 51 : 44 0  
 Flexio iuxta Axiiū ciuitatē, & ab hinc  
 usq; ad ostia, uocatur  
 Ister 54 20 : 45 45  
 Flexio iuxta Diogeniam ciuitatem 43 : 46 40  
 Ostia uero quo ordine se habeāt, infra  
 dicitur, ubi agitur de Misia inferiore  
 Orientale autem latus terminat distan-  
 tia quæ fit à flexu præfato ad super-  
 iacentes Sarmatarū montes, Quorū  
 finis australis gradus habet 42 30 : 48 30  
 Septentrionalis uero 43 30 : 50 30  
 Præterea distantia, quæ est post mōtes  
 ad dictū caput Vistulæ fluuij, & ipse  
 etiam fluuius usq; ad mare.  
 Montes autē, qui Germaniā cingunt,  
 nouissimi sunt hi, qui iam sunt dicti,  
 & Sarmaticī proprie appellati, et idē  
 cum alpibus nomen habētes, & qui  
 supra caput Danubij sunt.  
 Quorum extrema gradus habent 29 : 47 & 33 : 48 30  
 Præterea qui uocātur Anobē. Quorū  
 extrema gradus habent, *Abnobij, ho-*  
*dic Hassie montes.* 31 : 49 & 31 : 52  
 Ac mons Melibocus, cuius fines 33 : 52 30 & 37 : 52 30  
 Sub ijs Semana est sylua *Picearia, in Tu-*  
*ryngis sylua.* & Asciburgium cuius fi-  
 nes habent 39 : 54 & 44 : 52 30  
 Ac Mōtes Sudetæ appellati, quorū ex-  
 tremā gradus habēt 34 50 & 40 50  
 Sub quib. est Gabreta sylua, inter quā  
 & Sarmatarū montes Hercynia est syl-  
 ua. *Orcinū nemus, iuxta Danubiū usq; ad Sarma-*

tiam. Tenent autē Germaniā, quæ circa  
 Rhenū fluuiū incipit à parte Septētrio-  
 nali Bufactori parui appellati, ac Sy-  
 cambri. *Gheldrenses hoc loco degunt. Sycabri*  
*uero uictis Alanis uocati sunt Franci siue Franco-*  
*nes, quorū hodie situs est ubi Chata & Tubati: eos*  
*etiā ex Chatis Rhenanus deducit.* Sub quibus  
 Sueui Longobardi. Postea Tenceri &  
 Criones *Hassia regio.* Inter Rhenum &  
 montes Abnobos. Præterea Intuergi,  
 & Vargiones, et Carithni. Sub quibus  
 Vipsi *vsiptij Tacito.* & Eluetiorū eremus  
 Nigra sylua, usq; ad dictos alpiū montes,  
 Partē uero quæ secus Oceanū est, habi-  
 tant supra Bufactores, Phrisij *Frisios no-*  
*stri dicunt Bremenses, usq; ad Amasum flu-*  
*uū.* Post hos Cauchi, qui appellantur  
 parui, usq; ad fluuium Vifurgim. Dein  
 de Cauchi maiores dicti, usque ad Al-  
 bim fluuiū. Deinde supra dorsum Cim-  
 bricæ Chersonesi Saxones. Ipsam autē  
 Chersonesum supra Saxones ab occa-  
 su habitant Sigulones. Postea Sabalin-  
 gij. Post Cobandī. Supra quos Chali.  
 Et super ijs quoq; qui magis occidēta-  
 les sunt Phūdusij. Qui uero magis ori-  
 entales sunt Charudes. Omnium autē ma-  
 xime septentrionales Cimbri. Post Sa-  
 xones uero à Chaluso fluuiū usque ad  
 Sueuū fluuiū tenent Pharodini *Meckel-*  
*burgenses.* Post Sidini, usq; ad Viadū flu-  
 uium. Sub ipsis Ruticij, usq; ad fluuiū  
 Vistulā. Interiores autē atq; meditera-  
 nee gētes maxime sunt Sueui anglij, q  
 magis orientales sunt q Longobardi,  
 protēsi ad septentrionē usq; ad mediū  
 Albi fluuij. *Sueuorū nomē durat, situs ad Da-*  
*nubij ortū trāslatus, de quibus et eo in loco memi-*  
*nit Strabo.* Et uersus Sueuos Sēnones, q  
 habitāt post Albim à præfata parte uer-  
 sus ortū usq; ad Sueuū fluuiū. Præterea  
 protendūtur ad Bugūtas *Ducatus Pome-*  
*raniæ.* qui cætera tenent, quæ inde subse-  
 quūtur usq; ad Vistulam. Minores au-  
 tem gentes, & quæ inter Cauchos par-  
 uos atque Sueuos iacent, sunt Bufacto-  
 ri, qui maiores nominātur. *Bructeri Taci-*  
*to, Istheuones Plinio, hodie Vuestphalia: cuius ci-*  
*uitates Padeburna & Monasterium, & Meckel-*  
*burgensium pars.*

Sub